iohānes de hoc vera erant ⁊ mul
ti crediderunt in eū· ¶ Ca·xi·

Erat aūt quidā languēs la
zarus a bethaīa de caſtello
marie et marthe ſororū eius· Ma
ria āt erat q̄ vnxit dn̄m vnguēto
⁊ extterſit pedes eius capillis ſuis·
cuius fraṫ lazarus infirmabatur
Miſerūt ḡ ſorores eius ad eū dicē
tes· Dn̄e ecce quē amas infirmaṫ
Audiens autē iħus dixit eis· In
firmitas hec nō eſt ad morteʒ ſed
ꝓ gloria dei ut glorificeṫ fili⁹ dei p
eā· Diligebat aūt ihesus marthā
⁊ ſororē eius mariaʒ ⁊ lazaꝝ· Ut
ḡ audiuit ꝙ infirmabaṫ· tunc q̄
dem mānſit ī eodē loco duob⁹ die
bus Deinde poſt hec dicit diſcipu
lis ſuis· Eam⁹ in iudeā iteꝝ· Dicūt
ei diſcipuli· Rabbi nūc querebāt
te iudei lapidare ⁊ iteruʒ vadis il
luc.· Rn̄dit ihesus· Nōne duodecī

ſūt hore diei.· Siq̄s ambulauerit
in die nō offendit· ꝙ lucē huius
mūdi videt· Si aūt ambulauerit
in nocte offendit· ꝙ lux nō eſt in
eo· Hec ait ⁊ poſt hec dicit eiſ· La
zarus amicus noſter dormit· ſed
vado ut a ſōno exuſciteʒ eum· Di
xerunt ḡ diſcipuli eiuſ Dn̄e ſi dor
mit ſalu⁹ erit· dixerat aūt ihesus
de morte eiuſ· illi aūt putauerunt
ꝙ de dormicōne ſōni diceret Tūc
ergo iħs dixit eis manifeſte· La
zarus mortuus eſt ⁊ gaudeo ꝓpṫ
vos ut credatis· qm̄ nō eram ibi
Sed eam⁹ ad eum· dixit ergo tho
mas qui dr̄ didim⁹ ad ꝯdiſcipu
los· Eam⁹ ⁊ nos ⁊ moriamur cuʒ
eo· Venit itaqʒ iħs ⁊ inuenit eū
quatuor dies iam in monumēto
habentē Erat aūt bethania iuxta
iheroſolimā quaſi ſtadijs q̄ndecim·
Multi aūt ex iudeis venerāt
ad marthā ⁊ mariā ut ꝯſolaren
tur eas de fratre ſuo· Martha er
go ut audiuit quia ihesus venit
occurrit illi· maria aūt domi ſede
bat· dixit ergo martha ad ihesū
Dn̄e ſi fuiſſes h̄ fraṫ me⁹ non fuiſ
ſet mortu⁹· Sʒ ⁊ nunc ſcio· quia q̄
cunqʒ poposceris a deo dabit tibi
de⁹· dicit illi ihesus reſurget fraṫ
tu⁹· dicit ei martha Scio quia re
ſurget in reſurrectione in nouiſſi
mo die· dic̄ ei ihesus· Ego ſū reſur
rectio ⁊ vita· Qui credit in me eti
am ſi mortu⁹ fuerit viuet ⁊ oīs
q̄ viuit ⁊ credit in me nō morieṫ
ī eťnū· Credis hoc.· Ait illi· Utiqʒ
dn̄e· Ego credidi quia tu es xp̄uſ
filius dei qui in hūc mūduʒ veni
ſti· Et cuʒ hec dixiſſet abijt ⁊ voca
uit mariā ſororē ſuaʒ ſilētio dicēſ

Magiſter adeſt ⁊ vocat te. Illa ut
audiuit ſurgit cito ⁊ venit ad eū
Nōdū enī venerat ihūs in caſtel
lū. ſed erāt adhuc in illo loco vbi
occurrerāt ei martha. Iudei ğ qui
erant cū ea in domo ⁊ ꝯſolabanť
eā cū vidiſſent mariaʒ ꝙ cito ſur
rexit ⁊ exijt: ſecuti ſūt eam dicētes
Quia vadit ad monumentuʒ ut
ploret ibi. Maria ergo cū veniſſet
vbi erat ihūs: videns euʒ cecidit
ad pedes eiꝰ ⁊ dixit ei. Dñe: ſi fuiſ
ſes hic nō fuiſſet mortuus frater
meus. Ihūs ğ ut vidit eaʒ plorā
tem ⁊ iudeos q̄ venerāt cū ea plo
rantes infremuit ſpū ⁊ turbauit
ſeipm̄ ⁊ dixit. Vbi poſuiſtis euʒ.
Dicūt ei. Dñe: veni ⁊ vide. Et lacri
matus ē ihs. Dixerūt ğ iudei. Ecce
quō amabat eū. q̄daʒ āt ex ipīs
dixerūt. Nō poterat h̄ q̄ apuit ocu
los ceci nati facere ut h̄ nō more
ret. Ihūs ergo rurſū fremēs ī ſe
metipō venit ad monumētū. Erat
aūt ſpelūca ⁊ lapis ſuppoſitꝰ erāt
ei. Ait ihūs. Tollite lapidē. Dicit
ei martha ſoror eiꝰ qui mortuus
fuerat. Dñe iam fetet: quatridua
nus ē enī. Dicit ei ihs. Nōne dixi
tibi. qm̄ ſi credideris videb̄ gloriā
dei. Tulerūt ergo lapidem. Ihūs
aūt eleuatis ſurſū ocul' dixit. Pa
ter grās ago tibi qm̄ audiſti me
Ego āt ſciebā ꝙ ſemꝑ me audis
ſʒ ꝓpter ꝑplm qui circūſtat dixi: ut
credāt ꝙ tu me miſiſti. Hec cū di
xiſſet: voce mağ clamauit. Lazare
veni foras. Et ſtatī ꝓdijt q̄ fuerat
mortuꝰ ligatus manꝰ ⁊ pedes inſti
tis ⁊ facies illiꝰ ſudario erat liga
ta. Dixit eis ihūs. Soluite euʒ ⁊ ſi
nite abire. Multi ergo ex iudeis q̄
venerant ad mariā ⁊ marthā et
viderant que fecit crediderūt in eū.
Quidā autem ex ipīs abierūt ad
phariſeos ⁊ dixerūt eis que fecit
ihūs. Collegerunt ğ pontifices ⁊
phariſei ꝯciliū ⁊ dicebant. Quid
facimꝰ. Quia hic hō multa ſigna
facit. Si dimittimꝰ euʒ ſic: oēs cre
dent in eū. Et venient romani ⁊ tol
lent noſtꝝ locū et gentē. Vnus
aūt ex ipīs cayphas nomine cū
eēt pontifex anni illius dixit eis.
Vos neſcitis quicꝗ̄ nec cogitatis
ꝙ expedit vobis ut vnus moriať
hō ꝓ ꝑplo et nō tota gens pereat.
Hoc aūt a ſemetipō nō dixit. ſʒ cū
eēt pontifex āni illiꝰ ꝓphetauit. ꝙ
ihs moriturus erat ꝓ gēte. Et nō
tm̄ ꝓ gente. ſʒ ut filios dei q̄ erant
diſpſi cōgregaret in vnū. Ab illo
ğ die cogitauerunt ut interficerent
eū. Ihūs ergo iā nō in palā ābu
labat apud iudeos. ſʒ abijt in re
gionē iuxta deſertū in ciuitateʒ q̄
dicit̃ effrem ⁊ ibi morabať cuʒ di
ſcipul' ſuis. Proximū aūt erat pa
ſcha iudeoꝝ ⁊ aſcēderūt multi ihe
roſolimaʒ de regione añ paſcha
ut ſanctificarēt ſeipōs. Querebāt
ğ ihm̄ ⁊ colloquebanť adinuicē
in tēplo ſtantes. Quid putatis ꝙ
nō venit ad diē feſtū iſtū. Dederāt
autem pontifices ⁊ phariſei man
datum: ut ſi quis cognouerit vbi
ſit indicet ut apprehendant eū.

Iheſus ergo an ¶ Ca. xij.
te ſex dies paſche venit be
thaniam vbi lazarus fuerat mor
tuus quem ſuſcitauit iheſus. Fe
cerunt autem ei cenam ibi ⁊ mar
tha miniſtrabat. lazarus vero
vnus erat ex diſcumbentibꝰ cū eo.

Maria ergo accepit librā vnguē
ti nardi piſtici pretioſi ⁊ vnxit pe
des iheſu et extſit pedes eius capil
lis ſuis ⁊ dom⁹ impleta eſt ex odo
re vnguēti. Dixit ergo vnus ex diſci
pul' ei⁹ iudas ſcariothis qui erāt
eū traditurus. Quare hoc vnguē
tū nō venijt trecentis denarijs et
datū eſt egenis. Dixit aūt hoc nō
q de egenis ptinebat ad eū. ſed
q fur erat et loculos habens ea
que mittebant portabat. Dixit ergo
iħus. Sine illā ut in diez ſepultu
re mee ſeruet illud. Pauperes em̄
ſemp habetis vobiſcū: me aūt nō
ſemp habebitis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis q illic eſt
et venerūt non ppt iħm tm̄. ſz ut
lazarū viderēt quē ſuſcitauit a mor
tuis. Cogitauerūt aūt pncipes ſac
dotū ut ⁊ lazarū interficerent quia
multi ppt illū abibant ex iudeis
⁊ credebant in iħm. In craſtinū
aūt turba multa que venerat ad
diē feſtū cū audiſſent q venit ihe
ſus ierosolimā acceperūt ramos
palmarū ⁊ pceſſerūt obuiā ei ⁊ cla
mabant Oſanna bñdict⁹ qui ve
nit in noīe dñi rex iſrahel. Et inue
nit iħus aſellū et ſedit ſup eū ſicē
ſcriptū eſt. Noli timere filia ſyon
Ecce rex tu⁹ venit ſedens ſup pullū
aſine. Hec nō cognouerūt diſcipu
li ei⁹ primū. ſz qn̄ glorificatus eſt
iħus tūc recordati ſūt q hec erāt
ſcripta de eo et hec fecerūt ei. Teſti
moniū ergo phibebat turba q erat
cū eo qn̄ lazarū vocauit de monu
mento et ſuſcitauit eū a mortuis.
Propterea ⁊ obuiā venit ei turba
q audierūt eū feciſſe hoc ſignū
Pharisei ergo dixerūt ad ſemetipſos

Videtis q nihil pficim⁹. Ecce mun
dus totus poſt eū abijt. Erāt aūt
quidā gentiles ex hijs qui aſcen
derāt ut adorārēt in die feſto. Hij
ergo acceſſerūt ad philippū q erat a
bethſaida galilee ⁊ rogabāt eū
dicentes. Dñe volum⁹ iħm videre
Venit philippus ⁊ dicit andree.
Andreas rurſū ⁊ philippus dixe
runt iħu. Jħus autē rñdit eis di
cens. Venit hora ut clarificet fili⁹
hoīs. Amen amen dico vobis niſi
granū frumēti cadēs in terrā mor
tuū fuerit: ipm ſolū manet Si aūt
mortuū fuerit multū fructū affert
Qui amat aīam ſuā pdet eam. Et
q odit aīam ſuā in hoc mundo i
vitā eternā cuſtodit eā. Si quis
m̄ miniſtrat me ſequat. Et vbi ſū
ego illic ⁊ miniſter me⁹ erit. Si qs
m̄ miniſtrauerit. honorificabit eū
pat me⁹. Nūc aīa mea turbata ē.
Et qd dicā. Pat ſaluifica me ex
hac hora. Sz ppterea veni in horā
hāc. Pat clarifica nomē tuū. Ve
nit ergo vox de celo. Et clarificaui
⁊ iterū clarificabo. Turba ergo q
ſtabat et audierat dicebat toni
truū factū eē. Alij autē dicebant
Angelus ei locutus ē. Rñdit iħs
⁊ dixit. Nō ppt me hec vox venit.
ſz ppt vos. Nūc iudiciū eſt mundi
Nūc pnceps hui⁹ mūdi eiciet fo
ras. Et ego ſi exaltat⁹ fuero a terra
oīa trahā ad meipm. Hoc aūt
dicebat ſignificans q morte eſſet
moriturus. Rñdit ei turba. Nos
audiuim⁹ ex lege q xps manet
in eternū. Et quō tu dicis oportet
exaltari filiū hominis. Et qs eſt
iſte filius hoīs. Dixit ergo eis iħus.
Adhuc modicū lumē in vobis ē.

Ambulate dū lucē habetis: ut nō
tenebre vos cōprehendāt. Et qui
ambulat in tenebris: neſcit quo
vadit. Dū lucē habetis credite in
lucem: ut filij lucis ſitis. Hec locu
tus ē ihūs et abijt ꝛ abſcōdit ſe
ab eis. Cū aūt tanta ſigna feciſſꝫ
corā eis nō credebant in eū ut ſer
mo yſaie impleret̄ quē dixit Dn̄e
q̄s credidit auditui noſtro ꝛ bra
chiū dn̄i cui reuelatū ē. Propte
rea n̄ poterāt credere: q̄ꝛ iterū dixit
yſaias. Excecauit oculos eoꝝ ꝛ in
durauit cor eoꝝ: ut nō videāt ocu
lis ꝛ intelligāt corde ꝛ ꝯuertant̄ ꝛ
ſanē eos. Hec dixit yſaias qn̄ vi
dit gloriā eiꝰ ꝛ locutꝰ ē de eo. Ve
rūtamen et ex p̄ncipibꝰ multi cre
diderūt in eū. ſꝫ ꝓpt̄ phariſeos nō
cōfitebant̄: ut de ſynagoga nō ei
cerent̄. Dilexerūt em̄ gloriā hoīm
magis q̄ꝫ gloriā dei. Ihūs aūt cla
mauit ꝛ dixit. Qui credit in me: n̄
credit in me. ſꝫ in eū qui miſit me.
Et qui videt me: videt euꝫ q̄ miſit
me. Ego lux in mūdū veni ut oīs
q̄ credit in me in tenebris nō ma
neat. Et ſi q̄s audierit verba mea
ꝛ nō cuſtodierit: ego non iudico
eū. Nō em̄ veni ut iudicē mundū
ſed ut ſaluificē mundū. Qui ſper
nit me ꝛ n̄ accipit verba mea: ha
bet qui iudicet eū. Sermo quē lo
cutus ſū: ille iudicabit eū ī nouiſ
ſimo die. Quia ego ex meip̄ō non
ſuꝫ locutꝰ. ſꝫ q̄ miſit me pat̄ ip̄e m̄
mandatū dedit: q̄d dicaꝫ ꝛ quid
loq̄r. Et ſcio: q̄ꝛ mandatū eiꝰ vita
eterna ē. Que ḡ ego loquor ſicut
dixit m̄ pat̄ ſic loquor. Ca. xiij.
Ante diē ſ ſtū paſche ſciens
ihūs q̄ꝛ venit eiꝰ hora ut trāſe
at ex hoc mūdo ad p̄rēꝫ cū dilexiſ
ſet ſuos qui erāt in mūdo in fineꝫ
dilexit eos. Et cena facta cuꝫ dya
bolus iā miſiſſet in cor: ut traderet
eū iudas ſymonis ſcariothis: ſci
ens q̄ꝛ oīa dedit ei pat̄ in manus
ꝛ q̄ꝛ a deo exiuit ꝛ ad deū vadit: ſur
git a cena ꝛ ponit veſtimenta ſua
ꝛ cū accepiſſet lintheū p̄cinxit ſe.
Deinde miſit aquaꝫ in peluim ꝛ ce
pit lauare pedes diſcipuloꝝ ꝛ ext̄
gere lintheo quo erat precinctus
Venit ḡ ad ſymonē petꝝ. Et dic̄
ei petrus. Dn̄e tu m̄ lauas pedes.
Rn̄dit ihūs ꝛ dixit ei Qd̄ ego facio
tu neſcis mō. ſcies aūt poſtea Dic̄
ei petrus. Nō lauabis m̄ pedes in
eternū. Rn̄dit ei ihūs. Si nō laue
ro te: nō habeb̄ partē mecū. Dicit
ei ſymō petrus. Dn̄e: nō tm̄ pedes
meos ſed ꝛ manꝰ et caput. Dicit
ei ihūs Qui lotus eſt nō indiget
niſi ut pedes lauet. ſꝫ ē mundꝰ to
tus. Et vos mūdi eſtis. ſꝫ nō oēs.
Sciebat em̄ q̄ſnā eēt qui traderet
eū. Propterea dixit: nō eſtis mū
di ōnes. Poſtq̄ꝫ ergo lauit pedes
eoꝝ ꝛ accepit veſtimēta ſua: cū re
cubuiſſet iterꝝ dixit eis. Scitis q̄d
fecerim vob̄. Vos vocatis me ma
giſter ꝛ dn̄e ꝛ bn̄ dicitis Sū etem̄
Si ēgo ego laui pedes veſtros dn̄s
ꝛ magiſter ꝛ vos debetis alter al
terius lauare pedes. Exemplū em̄
dedi vobis ut quemadmodum
ego feci vobis ita et vos faciatis.
Amen amen dico vobis: non eſt
ſeruus maior domino ſuo. neq̄ꝫ
apoſtolus maior eo qui miſit il
lum. Si hec ſcitis: beati eritis ſi fe
ceritis ea. Non de omnibus vo
bis dico. Ego ſcio quos elegerim

Sꝫ ut adimpleat̄ ſcriptura ꝗ̄ man
ducat meū panē leuabit contra
me calcaneū ſuū. Amodo dico vo
bis priuſq̄ fiat ut cū factū fuerit
credatis ꝗ ego ſū. Amen amē di
co vob. qui accipit ſi quē miſero
me accipit. Qui āt me accipit. ac
cipit eū qui me miſit Cū hec dixiſ
ſet ihūs turbatus eſt ſpū et ꝓte
ſtatus eſt ꝛ dixit. Amen amen di
co vob. ꝗ vnꝰ ex vobis tradet me
Aſpitiebant ergo ad inuicē diſci
puli. heſitantes de ꝗ̄ diceret. Erat
ergo recūbens vnꝰ ex diſcipulis
eiꝰ i ſinu iheſu quē diligebat ihūs
Innuit ergo huic ſymō petrus ꝛ
dixit ei. Quis ē de quo dic̄. Itaqꝫ
cū recubuiſſꝫ ille ſupra pectus ihū
dic̄ ei. Dn̄e quis eſt. Rn̄dit iheſus
Ille eſt cui ego intinctū panē por
rexero Et cū intinxiſſet panē dedit
iude ſymonis ſcariothis. Et poſt
bucellam introiuit in eum ſatha
nas Et dicit ei iheſus. Quod facis
fac citiꝰ Hoc autē nemo ſciuit di
ſcūbentiū ad quid dixerit ei. Qui
dā enī putabāt ꝗ loculos habe
bat iudas ꝗ dixiſſꝫ ei ihūs. eme
ea que opꝰ ſunt nobis ad diē fe
ſtū ā egenis ut aliq̄d daret. Cū
ergo accepiſſet ille bucellā. exiuit
ꝯtinuo Erat autē nox. Cum ergo
exiſſet dixit ihūs. Nūc clarificatus
eſt filius hominis ꝛ deus clarifica
tus ē in eo Si deus clarificatus eſt
in eo ꝛ deus clarificabit eum in ſe
metipō ꝛ ꝯtinuo clarificabit eum
Filioli adhuc modicū vobiſcum
ſū. Queretis me ꝛ ſic̄ dixi iudeis ꝗ̄
ego vado vos nō poteſtis venire
Et vobis dico modo. Mandatum
nouū do vob. ut diligatis inuicē

ſic̄ dilexi vos ut ꝛ vos diligatis i
uicē. In hoc ꝯgnoſcent oēs ꝗ di
ſcipuli mei eſtis. ſi dilectionē ha
bueritis ad inuicē. Dic̄ ei ſymō pe
trus. Dn̄e quo vadis. Rn̄dit ihe
ſus. Quo ego vado nō potes me
modo ſequi. ſequeris autē poſtea
Dic̄ ei petrus. Quare nō poſſum te
ſequi mō. Animā meā ꝓ te ponā
Rn̄dit ei ihūs. Aīaꝫ tuam ꝓ me
pones. Amen amē dico tibi. non
cātabit gallꝰ donec ter me neges

ET ait diſcipulis ¶ Ca. xiiij.
ſuis. Nō turbetur cor veſtꝝ.
Creditis i deū ꝛ in me credite. In
domo pr̄is mei manſiones multe
ſunt. Si ꝗ̄ minꝰ dixiſſem vobis ꝗ
vado parē vobis locū. Et ſi abiero
ꝛ preparauero vob locū. iterꝫ venio
ꝛ accipiā vos ad meipſm ut vbi
ſū ego ꝛ vos ſitis. Et quo ego va
do ſcitis ꝛ viam ſcitis. Dic̄ ei tho
mas. Dn̄e neſcimꝰ quo vadis. Et
quō poſſumus viam ſcire. Dic̄ ei
ihūs. Ego ſū via ꝛ veritas ꝛ vita
Nemo venit ad prēm niſi per me
Si ꝯgnouiſſetis me ꝛ prēm meū
vtiqꝫ cognouiſſetis. Et amodo co
gnoſcetis eū ꝛ vidiſtis eū. dic̄ ei
philippus. Dn̄e oſtn̄de nobis prēm
ꝛ ſufficit nobis. dic̄ ei iheſus. Tā
to tēpe vobiſcū ſum ꝛ nō ꝯgnoui
ſtis me. Philippe qui videt me
videt ꝛ prēm. Quomodo tu dicis
oſtn̄de nobis prēm. Nō credis ꝗ̄a
ego in prē ꝛ pat̄ in me ē. Verba
que ego loquor vobis a meipō n̄
loquor. Pat̄ autē in me manens
ipſe facit opa. Nō creditis ꝗ ego i
prē ꝛ pat̄ in me eſt. Alioqn̄ ꝓpt̄
opa ipa credite. Amen amē dico
vobis qui credit i me opa ꝗ̄ ego

fatio ⁊ ipſe fatiet ⁊ maiora hoꝝ fa
tiet. Quia ego ad patrem vado ⁊
qđcūq; petieritis prē; in noīe meo
hoc fatiā ut glorificet᷑ paṫ in filio
ſi q̇d petieritis me ī noīe meo hoc
fatiā. Si diligitiſ me: mādata mea
ſuate. Et ego rogabo patrē ⁊ aliū
paclitū dabit vobꝭ ut maneat vo
biſcū in eternū ſpm̄ veritatis: quē
mūdꝰ nō pōt accipe. q᷑ nō videt
eū nec ſcit eū. Vos aūt cognoſce
tis eū. q᷑ apud vos manebit ⁊ in
vobꝭ erit. Nō relinquā vos orpha
nos: veniā ad vos. Adhuc modi
cū ⁊ mūdꝰ me ia; nō videt. Vos
āt videtis me. q᷑ ego viuo ⁊ vos
viuetis. In illo die vos cognoſce
tis: q᷑ ego ſū in patre meo ⁊ vos ī
me ⁊ ego in vobꝭ. Qui hab; māda
ta mea et ſeruat ea: ille ē q̇ diligit
me. Qui autē; diligit me: diliget᷑
a patre meo. Et ego diligā eum ⁊
manifeſtabo ei meipſū. Dicit ei iu
das: nō ille ſcariothis. Dñe q̇d fa
ctū eſt q᷑ manifeſtaturus es nobꝭ
teipm ⁊ nō mūdo. Rn̄dit iħus ⁊
dixit ei. Si q̇s diligit me ſmonē;
meū ſeruabit ⁊ paṫ meus diliget
eū ⁊ ad eū veniemꝰ ⁊ manſione;
apud eu; fatiemꝰ. Qui nō diligit
me: ſermones meos nō ſeruat. Et
ſermonē quē audiſtis nō ē meꝰ
ſ; eiꝰ qui miſit me pr̄is. Hec locu
tus ſū vobꝭ apud vos manēs. Pa
raclitus aūt ſpūſſanctꝰ quē; mit
tet paṫ in noīe meo ille vos doce
bit oīa ⁊ ſuggeret vobꝭ oīa quecū
q; dixero vobis. Pacem relinquo
vobꝭ. pacē meā do vobis. Nō quō
mūdus dat: ego do vobis. Nō tur
bet᷑ cor veſtꝝ: neq; formidet. Audi
ſtis q᷑ ego dixi vobis vado ⁊ venio
ad vos. Si diligeretis me: gaude
retis vtiq;: q᷑ vado ad prē;. q᷑ pa
ter maior me eſt. Et nūc dixi vobꝭ
priuſq̄ fiat: ut cū factū fuerit cre
datis. Iā nō multa loq̄r vobiſcū
Venit enī pnceps mūdi huiꝰ ⁊ ī
me nō habet quicq̄. S; ut cogno
ſcat mūdus q᷑ diligo patrē. ſicut
mandatū dedit m̄ pr̄ ſic fatio. Sur
gite eamꝰ hinc.

¶ Ca. xv.

Ego ſū vitis vera ⁊ paṫ meꝰ
agricola ē. Oēm palmite; in
me nō ferentem fructū tollet eū ⁊
oēm qui fert fructū purgabit eū
ut fructū plꝰ afferat. Iā vos mū
di eſtis ꝓpē ſermonē quē locutus
ſū vobis. Manete in me et ego in
vobis. Sicut palmes nō pōt ferre
fructū a ſemetipō niſi māſerit ī vi
te: ſic nec vos ſi in me manſeritis.
Ego ſum vitis: vos palmites. Qui
man; ī me ⁊ ego ī eo hic fert fructū
multū. q᷑ ſine me nl̄ poteſtis face
re. Si q̇s in me nō māſerit mittet᷑
foras ſic palmes et areſcet ⁊ colli
gēt eū ⁊ in ignē mittēt ⁊ ardet. Si
māſeritis in me ⁊ verba mea ī vo
bis manſerint: qđcūq; volueritis
petetis ⁊ fiet vobꝭ. In hoc clarifica
tꝰ ē pr̄ meꝰ ut fructū plurimū af
feratis ⁊ effitiamini mei diſcipuli
Sic dilexit me pr̄ ⁊ ego dilexi vos
Manete ī dilectōe mea Si p̄cepta
mea ſuaueritis: manebitis ī dile
ctione mea ſic ⁊ ego pr̄is mei p̄ce
pta ſuaui ⁊ maneo ī eiꝰ dilectōe.
Hec locutꝰ ſū vobꝭ ut gaudiū meū
ī vobꝭ ſit ⁊ gaudiū veſtꝝ impleat᷑
Hoc ē preceptū meū: ut diligatis
inuice; ſicut dilexi vos. Maiorem
hac dilectōnē nemo hab; ut ani
mam ſuā ponat q̇s ꝓ amicis ſuis

Vos amici mei eſtis ſi feceritis q̃
ego precipio voƀ· Jam non dico
vos ſeruos· q̃a ſeruꝰ neſcit quid
faciat dn̄s eiꝰ· Vos autē dixi ami
cos· ꝙ oīa quecūqȝ audiui a pa
tre meo nota feci vobis· Nō vos
me elegiſtis ſȝ ego elegi vos ⁊ po
ſui vos ut eatis ⁊ fructū afferatis
⁊ fructꝰ veſter maneat ut q̇dcūqȝ
petieritis patrem in noīe meo det
vobis· Hec mādo vobis ut diliga
tis inuicē· Si mūdꝰ vos odit· ſci
tote ꝙ me p̄orē voƀ odio habuit
Si de mūdo fuiſſetis mundus q̇d
ſuum erat diligeret· Quia vero de
mūdo nō eſtis· ſed ego elegi vos
de mūdo· ꝓpterea odit vos mūdꝰ
Mementote ſmonis mei quē ego
dixi vobis· Nō eſt ſeruꝰ maior do
mino ſuo· Si me pſecuti ſūt ⁊ vos
pſequent̄· Si ſmonē meū ſerua
uerūt ⁊ veſtꝝ ſeruabūt· Sed hec
om̄a facient vobis ꝓpt̄ nomē meū
ꝙ neſciūt eū qui miſit me· Si nō
veniſſem ⁊ locutus fuiſſē eis: pec
catū nō haberent· Nunc aūt excu
ſationē nō habent de peccato ſuo
Qui me odit ⁊ patrē meum odit
Si opa nō feciſſē ī eis que nemo
alius fec̄· pctm̄ nō haberēt· Nūc
aūt ⁊ viderūt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ pa
trē meū Sed ut adimpleat̄ ſmo
qui in lege eoꝝ ſcriptus eſt· quia
odio habuerūt me gratis· Cum
aūt venerit paclitus quē ego mit
tā vobis a p̄re ſpm̄ veritatis q̃ a
patre ꝓcedit: ille teſtimoniū per
hibebit de me Et vos teſtimoniū p
hibebitis· ꝙ ab initio mecū eſtis·

Hec locutus ſū voƀ Ca· xvi·
ut nō ſcādalizemini· Abſqȝ
ſynagogis facient vos· Sȝ venit
hora ut oīs qui interficit vos arbi
tret̄ obſequiū ſe preſtaē deo Et hec
facient voƀ· ꝙ nō nouerūt patrē
neqȝ me· Sed hec locutus ſū voƀ
ut cū venerit hora eoꝝ reminiſca
mini ꝙ ego dixi vobis· Hec autē
voƀ ab initio nō dixi· ꝙ vobiſcū
eram Et nunc vado ad eū qui mi
ſit me ⁊ nemo ex vobis interrogat
me quo vadis· Sȝ ꝙ hec locutus
ſū voƀ· triſtitia iplebit cor veſtrū
Sed ego veritatē dico vobis· expe
dit voƀ ut ⁊ ego vadā· Si enī nō
abiero paclitꝰ nō veniet ad vos
Si autē abiero mittā eū ad vos
Et cū venerit ille arguet mūdū de
peccato ⁊ de iuſtitia ⁊ de iudicio De
peccato quidē· ꝙ nō crediderūt in
me· De iuſtitia vero· ꝙ ad patrē
vado ⁊ iam non videbitis me· De
iudicio aūt· ꝙ p̄nceps huiꝰ mun
di iā iudicatus eſt· Adhuc mul
ta habeo voƀ dicere· ſȝ nō poteſtis
portare mō· Cū aūt venerit ille ſpi
ritus veritatis· docebit vos omnē
veritatē Nō enī loquet̄ a ſemetipō
ſȝ quecūqȝ audiet loquet̄ et q̃ ve
tura ſunt ānuntiabit voƀ· Jlle me
clarificabit· ꝙ de meo accipiet et
ānuntiabit vobis· Om̄a quecūqȝ
habet pat̄ mea ſūt· Propterea di
xi ꝙ de meo accipiet ⁊ ānūtiabit
vobis· Modicū ⁊ iā nō videbitis
me ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me
quia vado ad patrē· Dixerūt ḡ ex
diſcipul̄ eius ad inuicē· Quid eſt
hoc ꝙ dicit nobis modicū et nō
videbitis me ⁊ iterū modicū ⁊ vi
debitis me ⁊ ꝙ vado ad patrē: e
dicebant ḡ· Quid eſt hoc ꝙ dic̄
modicū: Neſcimus quid loquit̄
Cognouit aūt ihꝰ ꝙ volebant

eū interrogare ⁊ dixit eis· De hoc
queritis inť vos qꝛ dixi modicū ⁊
nō videbitis me ⁊ iterū modicū ⁊
videbitis me· Amen amē dico vo
bis: qꝛ plorabitis et flebitis vos:
mūdus autē gaudebit· Vos aūt
ꝯtriſtabimini· ſ; triſticia vrā ver
tetur in gaudiū· Mulier cū parit
triſticiā hab;· qꝛ venit hora eius·
Cū āt pepit puerū iā nō meminit
preſſure ꝑpť gaudiū· qꝛ nat⁹ ē hō
in mundū· Et vos igiť nūc quidē
triſticiā hētis· Iterū āt videbo vos
⁊ gaudebit cor veſtrū ⁊ gaudium
veſtrū nemo tollet a vob̄· Et ī illo
die me ñ rogabitis quicq̄· Amē
amen dico vob̄ ſi q̊d petieritis pa
trē in noīe meo dabit vob̄· Vſq;
mō nō petiſtis quicq̄ ī noīe meo
Petite ⁊ accipietis ut gaudiū ve
ſtrū ſit plenū· Hec in ꝓūbijs locu
tus ſū vobis Venit hora cū iā nō
in ꝓūbijs loquar vobis· ſ; palā
de patre ānūciabo vobis· Illo die
in noīe meo petetis Et nō dico vo
bis· qꝛ ego rogabo patrē de vobis
Ipſe enī pať amat vos qꝛ vos me
amaſtis et credidiſtis qꝛ a deo exi
ui· Exiui a patre ⁊ veni in mundū
iterū relinquo mundū ⁊ vado ad
pīem· Dicunt ei diſcipuli ei⁹· Ecce
nūc palā loqueris ⁊ ꝓuerbium
nullū dicis· Nūc ſcim⁹ qꝛ ſcis oīa
⁊ nō opus eſt tibi ut q̊s te inter
roget· In hoc credim⁹: qꝛ a deo ex
iſti· Rñdit eis ihūs· Modo credi
tis? Ecce venit hora ⁊ iā; venit ut
diſpgamini vnuſquiſq; in ꝓpria
⁊ me ſolū relinq̄tis· Et nō ſū ſol⁹·
qꝛ pater mecū eſt· Hec locutus ſū
vobis ut in me pacē habeatis· In
mūdo preſſurā; habebitis· ſed cō
fidite ego vici mūdū· ¶ Ca· xvij·

Hec locutus eſt ihūs ⁊ ſuble
uatis ocul' in celū dixit· Pa
ter venit hoā clarifica filiū tuū ut
filius tu⁹ clarificet te· Sic̄ dediſti
ei poteſtatē oīs carnis ut ōne qd
dediſti ei det eis vitā eternā· Hec
eſt aūt vita eterna: ut ꝯgnoſcāt
te ſolū verū deū ⁊ quē miſiſti ihm
xpm· Ego te clarificaui ſup terrā;
opus ꝯſūmaui qd dediſti m̄ ut fa
ciam· Et nūc clarifica me tu pater
apud temetipm: claritate quam
habui priuſq̄ mūdus eēt apud
te· Manifeſtaui nomē tuū hoīb⁹
quos dediſti m̄ de mūdo Tui erāt
⁊ mihi eos dediſti ⁊ ſermonē tuū
ſeruauerūt· Nūc ꝯgnouerūt: q̊a
oīa q̄ dediſti m̄ abs te ſunt· Quia
verba que dediſti m̄ dedi eis ⁊ ipi
acceperūt ⁊ ꝯgnouerūt vere q̊a a
te exiui ⁊ crediderūt qꝛ tu me miſi
ſti· Ego ꝓ eis rogo· Nō ꝓ mundo
rogo· ſ; ꝓ hijs quos dediſti m̄· qꝛ
tui ſunt· Et mea oīa tua ſūt ⁊ tua
mea ſunt et clarificatus ſū in eis·
Et iā nō ſū in mundo et hij in mū
do ſunt ⁊ ego ad te venio· Pať ſā
cte ſerua eos in noīe tuo quos de
diſti m̄ ut ſint vnū ſic̄ ⁊ nos· Cū
eēm cū eis: ego ſeruabā; eos ī no
mine tuo· Quos dediſti mihi ego
cuſtodiui ⁊ nemo ex eis perijt ni
ſi fili⁹ ꝑdicōis ut ſcriptura imple
atur· Nūc aūt ad te venio ⁊ hec lo
quor in mūdo ut habeāt gaudiū
meum impletum in ſemetipſis·
Ego dedi eis ſermonem tuum et
mundus eos odio habuit· quia
nō ſunt de mūdo ſicut ⁊ ego nō ſū
de mūdo· Non rogo ut tollas eos
de mūdo· ſ; ut ſerues eos a malo·

De mūdo nō ſunt ſicut ⁊ ego non
ſū de mūdo· Sanctifica eos in veri
tate· Sermo tu⁹ veritas eſt· Sicut
tu me miſiſti in mundū ⁊ ego mi
ſi eos in mūdū· Et ꝓ eis ego ſācti
fico meipm̄ ut ſint ⁊ ipi ſāctificati
in veritate Nō ꝓ eis aūt rogo tm̄
ſʒ ⁊ ꝓ eis qui credituri ſūt ꝑ verbū
eorū ī me ut oēs vnū ſint ſicut tu
pať in me ⁊ ego ī te ut ⁊ ipi in no
bis vnū ſint ut credat mundus
ꝙ tu me miſiſti· Et ego claritatem
quam tu dediſti m̄ dedi eis ut ſint
vnū ſicut ⁊ nos vnū ſum⁹· Ego ī
eis ⁊ tu in me ut ſint cōſūmati in
vnū ⁊ ꝯgnoſcat mūd⁹ ꝙ tu me
miſiſti ⁊ dilexiſti eos ſicut ⁊ me di
lexiſti· Pater quos dediſti m̄ volo
ut vbi ſū ego ⁊ illi ſint mecū ut vi
deant claritatē meā quā dediſti m̄
ꝙ dilexiſti me añ ꝯſtitucōem mū
di· Pať iuſte· mūdus te nō ꝯgno
uit· Ego āt te ꝯgnoui ⁊ hij ꝯgno
uerūt ꝙ tu me miſiſti· Et notū fe
ci eis nomē tuū ⁊ notū faciā ut di
lectio qua dilexiſti me in ipſis ſit
⁊ ego in ipſis· ¶ Ca·xviij·

Hec cū dixiſſet ihūs· egreſſus
eſt cū diſcipulis ſuis trans
torrentē cedron vbi erat ortus in
quē introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius
Sciebat autē ⁊ iudas qui trade
bat eū locū· quia frequent ihūs
ꝯuenerat illuc cum diſcipul' ſuis
Iudas ḡ cū accepiſſet cohortē ⁊ a
pōtificib⁹ ⁊ phariſeis miniſtros
venit illuc cū laternis ⁊ facibus ⁊
armis· Ihūs itaqʒ ſciens oīa q̄
ventura erāt ſup eū· ꝓceſſit ⁊ dixit
eis· Quem queritis· Rñderunt ei
Ihm nazarenū· Dič eis ihs· Ego
ſū· Stabat aūt ⁊ iudas qui trade
bat eū cū ipis· Vt ḡ dixit eis ego
ſū abierūt retrorſū ⁊ ceciderūt in
terram· Itē ḡ interrogauit eos
Quē queritis· Illi autē dixerunt
Iheſū nazarenū· Rñdit ihs· Dixi
vobis ꝙ ego ſū· Si ḡ me queritis
ſinite hos abire· Vt impleret̄ ſer
mo quē dixit quia quos dediſti
m̄ nō ꝑdidi ex eis quēq̄· Symō
ḡ petrus habens gladiū eduxit
eū ⁊ ꝑcuſſit pontificis ſeruū ⁊ ab
ſcidit eius auriculam dextrā· Erāt
aūt nomē ſeruo malch⁹· Dicit ḡ
ihūs petro· Mitte gladiū tuū in
vaginā· Calicē quē dedit m̄ pať
n̄ bibā illū· Cohors ḡ ⁊ tribun⁹
⁊ miniſtri iudeorū ꝯprehenderunt
ihm ⁊ ligauerūt eū ⁊ adduxerūt
eū ad annā p̄mū· Erat eñ ſocer
cayphe q̄ erāt pontifex anni illius
Erat aūt cayphas qui ꝯſiliū dede
rat iudeis ꝙ expedit vnū hominē
mori ꝓ ppl'o· Sequebat̄ aūt iheſū
ſymon petrus ⁊ alius diſcipulus
Diſcipul⁹ aūt ille erat notus pōti
fici ⁊ introiuit cū ihū in atriū pō
tificis· Petrus autem ſtabat ad
oſtiū foris· Exiuit ergo diſcipul⁹
alius qui erat notus pōtifici ⁊ di
xit oſtiarie ⁊ introduxit petrū· Di
cit ergo ancilla oſtiaria· Nūquid
⁊ tu ex diſcipulis es hoīs iſtius·
Dicit ille· Nō ſum· Stabant autē
ſerui ⁊ miniſtri ad prunas quia
frigus erat ⁊ calefaciebāt ſe· Erāt
aūt cū eis ⁊ petrus ſtans ⁊ calefa
ciens ſe· Pōtifex ergo interrogauit
ihm de diſcipul' ſuis ⁊ de doctrina
eius· Rñdit ei iheſus Ego palā lo
cutus ſū mūdo· Ego ſemp docui in
ſynagoga ⁊ in templo quo oēs
iudei ꝯueniūt ⁊ in occulto locut⁹

ſū nihil. Quid me interrogas? In
terroga eos qui audierunt: quid
locutus ſū ipſis. Ecce hij ſciunt q̄
dixerim ego. Hec aūt cū dixiſſet:
vnꝰ aſſiſtenſ miniſtroꝝ dedit ala
pam iħu dicens. Sic rn̄des ponti
fici? Rn̄dit ei iħus. Si male locu
tus ſū: teſtimoniū phibe de malo
Si autē bn̄: quid me cedis? Et mi
ſit eū annas ligatū ad cayphan
pontificē. Erat aūt ſymon petrus
ſtans ⁊ calefaciēs ſe. Dixerūt ergo
ei. Nūquid et tu ex diſcipulꝭ eius
es? Negauit ille ⁊ dixit. Nō ſū. Di
cit ei vnus ex ſeruis pontificis: co
gnatꝰ eiꝰ cuiꝰ abſcidit petrꝰ auri
culā. Nōne ego te vidi ī orto cū il
lo? Iterū ergo negauit petrus et
ſtatī gallus cantauit. Adducunt
ergo iħm ad cayphan in p̄toriū
Erat aūt mane. Et ipſi nō introie
rūt in pretoriū ut nō ꝯtaminaren
tur. ſꝫ māducarēt paſcha. Exiuit
ergo pilatus ad eos foras et di
xit. Quā accuſacōem affertis adū
ſus hominē hūc? Rn̄derūt ⁊ dixe
runt ei. Si nō eēt hic malefactor:
non tibi tradidiſſemꝰ eū. Dicit ḡ
eis pilatus. Accipite eū vos ⁊ ſcḋm
legē veſtrā iudicate eū. Dixerunt
ergo iudei. Nobis nō licet interfi
cere quēq̄. Vt ſermo iheſu imple
ret̄ quē dixit: ſignificās qua mor
te eēt moriturꝰ. Introiuit ḡ iterū
ī pretoriū pilatus ⁊ vocauit iħm
⁊ dixit ei Tu es rex iudeoꝝ? Reſpō
dit iħs. A temetipō hoc dicis: an
alij tibi dixerūt de me? Rn̄dit pila
tus. Nūquid ego iudeꝰ ſū? Gens
tua et pontifices tradiderūt te m̄.
Quid feciſti? Rn̄dit iħs. Regnū
meū nō eſt de hoc mūdo Si ex hoc
mundo eēt regnū meū: miniſtri mei
vtiq̄ decertarēt ut nō traderer iu
deis. Nunc aūt regnū meū non ē
hinc. Dixit itaq̄ pilatus. Ergo rex
es tu? Rn̄dit iheſus. Tu dicis q̄a
rex ſū ego. Ego in hoc natus ſū et
ad hoc veni ī mundū ut teſtimo
niū phibeā veritati. Omnis qui ē
ex veritate audit meā vocē. Dicit
ei pilatus. Quid eſt veritas? Et cū
hoc dixiſſet: iterū exiuit ad iudeoſ
⁊ dicit eis Ego nullā inuenio ī eo
cauſā. Eſt aūt ꝯſuetudo vobis ut
vnum dimittā vobis in paſcha.
Vultis ḡ dimittā vobis regē iude
orū Clamauerūt rurſū oēs dicen
tes. Nō hūc ſed barraban. Erat
aūt barrabas latro. ¶ Ca. xix.
Tunc ḡ apprehēdit pilatus
iħm ⁊ flagellauit Et milites
plectentes coronā de ſpinis impo
ſuerūt capiti eiꝰ ⁊ veſte purpurea
circūdederūt eū. Et veniebāt ad eū
⁊ dicebant. Aue rex iudeoꝝ Et da
bāt ei alapas. Exiuit iterū pilatꝰ
foras ⁊ dicit eis. Ecce adduco vo
bis eū foras: ut ꝯgnoſcatis quia
in eo nullam inuenio cauſā. Exi
uit ḡ iheſus portans ſpineam co
ronam ⁊ purpureum veſtimentū
Et dicit eis. Ecce homo. Cum ḡ vi
diſſent eum pontifices ⁊ miniſtri
clamabāt dicentes Crucifige cru
cifige eū. Dicit eis pilatꝰ. Accipi
te eum vos et crucifigite. Ego enī
non inuenio in eo cauſam Reſpō
derūt ei iudei. Nos legē habemꝰ ⁊
ſcḋm legem debet mori. q̄a filium
dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet pi
latus hunc ſermonem magis ti
muit. Et ingreſſus eſt in pretoriū
iterum ⁊ dicit ad iħm. Vn̄ es tu?

Jhus aūt r̄n̄ſū non dedit ei· Dicit
ḡ ei pilatus· Mihi nō loqueris·
Neſcis ꝙ poteſtatē habeo crucifi
gere te ⁊ ptātem habeo dimittere
te· Rn̄dit ihus· Nō haberes pote
ſtatē adūſuꝫ me vllā· niſi tibi eēt
datū deſup· Propterea qui me tr̄
didit tibi maiꝰ peccatū habet · Et
exinde querebat pilatus dimitte
re eū· Judei aūt clamabant dicen
tes Si hūc dimittis: nō es amicꝰ
ceſaris· Oīs eñ qui ſe regeꝫ facit
ꝯtradicit ceſari· Pilatus ḡ cū au
diſſet hos ſmones adduxit forās
ihm et ſedit ꝓ tribunali ī loco q̄
dicit̄ licoſtratus· hebraice autē
gabatha· Erat aūt paraſceue pa
ſche hora q̄ſi ſexta Et dicit iudeis·
Ecce rex veſter· Jlli aūt clamabāt
Tolle tolle crucifige eū· Dicit eis
pilatus· Regē veſtꝝ crucifigam·
Rn̄derūt pontifices Nō habemus
regē niſi ceſareꝫ· Tūc ḡ tradidit
eis illū ut crucifigeret̄· Suſceperūt
aūt ihm ⁊ eduxerūt· Et baiulans
ſibi crucē exiuit in eū qui dicit̄ cal
uarie locuꝫ · hebraice golgatha·
Vbi eū crucifixerūt ⁊ cū eo alios
duos hinc ⁊ hinc· mediū autem
ihm· Scripſit aūt ⁊ titulū pilatꝰ
⁊ poſuit ſup crucē Erāt aūt ſcriptū
Jheſus nazarenꝰ rex iudeoꝝ Hūc
ḡ titulū multi legerunt iudeoꝝ· q̄a
ꝓpe ciuitatē erat locus vbi cruci
fixus ē ihus· Et erāt ſcriptū hebra
ice grece et latine· Dicebāt ḡ pila
to pontifices iudeoꝝ· Noli ſcribere
rex iudeoꝝ· ſꝫ ꝙ ipſe dixit· rex ſū iu
deoruꝫ· Rn̄dit pilatus· Qd̄ ſcripſi
ſcripſi· Milites ergo cuꝫ crucifixiſ
ſent eū acceperūt veſtimenta eiꝰ
et fecerūt quatuor ptes· vniuiqꝫ
militi ptē ⁊ tunicā· Erat aūt tunica
inꝯſutilis deſup ꝯtexta ꝑ totū· Di
xerūt ergo ad inuiceꝫ· Nō ſcinda
mus eā· ſꝫ ſortiamur de illa cuius
ſit· Vt ſcriptura impleret̄ dicens
Partiti ſūt veſtimēta mea ſibi ⁊ ī
veſtē meā miſerūt ſortē· Et milites
quidē hec fecerūt· Stabāt aūt iuxͣ
cruceꝫ ihu mat̄ eiꝰ ⁊ ſoror matris
eiꝰ maria cleophe ⁊ maria magda
lene· Cū vidiſſet ergo ihus mr̄eꝫ
⁊ diſcipulū ſtantē quē diligebat
dicit matri ſue· Mulier ecce filius
tuus· Deinde dicit diſcipulo· Ecce
mat̄ tua· Et ex illa horā accepit eā
diſcipulus in ſua· Poſtea ſciens
ihus q̄a oīa ꝯſūmata ſunt ut ꝯ
ſūmaret̄ ſcripturā dic̄· Sitio· Vas
ergo erat poſitū aceto plenū· Jlli
autē ſpongiaꝫ plenā aceto yſopo
circūponentes obtulerūt ori eius
Cū ergo accepiſſet ihus acetū di
xit Cōſūmatū eſt· Et inclinato ca
pite tr̄didit ſpm̄· Judei ergo qm̄
paraſceue erat ut nō remanerēt
in cruce corpa ſabbato · Erat eñ
magnꝰ dies ille ſabbati· rogaue
rūt pilatū ut frangerent̄ eoꝝ cru
ra et tollerent̄· Venerūt ḡ milites
⁊ p̄mi quideꝫ fregerūt crura ⁊ alte
rius qui crucifixꝰ eſt cum eo· Ad
ihm aūt cū veniſſent ut viderūt eū
iam mortuū nō fregerūt eiꝰ crura
ſꝫ vnꝰ militū lancea latus eiꝰ ape
ruit ⁊ ꝯtinuo exiuit ſāguis ⁊ aq̄
Et qui vidit teſtimoniū phibuit
⁊ verū eſt teſtimoniū eius· Et ille
ſcit ꝙ verā dicit ut ⁊ vos credatis
Facta ſunt eñ hec ut ſcripturā im
pleret̄· Os nō ꝯminuetis ex eo· Et
iterū alia ſcriptura dic̄· Videbunt
in quē trāſfixerūt · Poſt hec auteꝫ

rogauit pilatū ioſeph ab arima
thia eo ꝙ eēt diſcipulus ihū: oc
cultus aūt ꝓpt̄ metum iudeoꝝ: ut
tolleret corp⁹ ihū. Et pmiſit pila
tus. Venit ergo ⁊ tulit corp⁹ ihū
Venit aūt ⁊ nicodem⁹ q̄ venerat
ad ihm nocte p̄mū: ferens mixtu
rā mirre ⁊ aloes quaſi libras cen
tū. Acceperūt g̊ corp⁹ ihū et liga
uerūt eū lintheis cū aromatib⁹ ſi
cut mos ē iudeis ſepelire. Erat au
tē in loco vbi crucifixus ē ortus ⁊
in orto monumentū nouū i quo
nōdū quiſꝗ̄ poſitus erat. Ibi g̊
ꝓpt̄ paraſceuē iudeoꝝ: quia iuxta
erat monumentū poſuerūt ihm.

¶ Ca. xx.

VNa aūt ſabbati
maria magdalene venit ma
ne cū adhuc tenebre eēnt ad mo
numentū ⁊ vidit lapidē ſublatū
a monumēto. Cucurrit g̊ ⁊ venit
ad ſymonē petruꝫ ⁊ ad aliū diſci
pulū quē amabat ihūs ⁊ dicit il
lis Tulerūt dn̄m de monumento
⁊ neſcim⁹ vbi poſuerūt euꝫ. Exijt
g̊ petrus ⁊ ille ali⁹ diſcipul⁹ ⁊ ve
nerūt ad monumētuꝫ. Currebāt
aūt duo ſil' ⁊ ille ali⁹ diſcipul⁹ p̄
cucurrit citi⁹ petro ⁊ venit p̄mus
ad monumentū. Et cū ſe inclinaſ
ſet vidit poſita lintheamina. nō tn̄
introiuit. Venit g̊ ſymon petrus
ſequēs eū ⁊ introiuit in monumē
tū. Et vidit lintheamina poſita et
ſudariuꝫ qd̄ fuerat ſup caput ei⁹
nō cū lintheaminib⁹ poſitū. ſed ſe
paratī inuolutū i vnū locuꝫ. Tūc
g̊ introiuit ⁊ ille diſcipul⁹ q̄ vene
rat p̄m⁹ ad monumentū ⁊ vidit
⁊ credidit. Nōdū eīm ſciebāt ſcri
pturā: ꝙ oporteret euꝫ a mortuis
reſurgere. Abierūt g̊ iterū diſcipuli
ad ſemetipſos. Maria aūt ſtabat
ad monumentū foris plorās. Dū
ergo fleret inclinauit ſe ⁊ ꝓſpexit
i monumentū. Et vidit duos an
gelos i albꝭ ſedētes: vnū ad caput
⁊ vnū ad pedes vbi poſitū fuerat
corp⁹ ihū. Dicūt ei illi Mulier qd̄
ploras? Dicit eis Quia tulerūt do
minū meū ⁊ neſcio vbi poſuerūt
eū. Hec cū dixiſſet cōuſa ē retror
h' apparu' ma' p° ſum ⁊ vidit ihm ſtantē ⁊ nō ſcie
bat ꝙ ihesus ē. Dicit ei ihūs. Mu
lier quid ploras? Quē q̄ris? Illa
exiſtimās ꝙ ortulan⁹ eēt: dicit ei
Dn̄e: ſi tu ſuſtuliſti eū dicito mihi
vbi poſuiſti eū ⁊ ego eū tollā. Dic̄
ei ihesus. Maria. Cōuerſa illa dic̄
ei. Raboni qd̄ dicit̄ magiſter. Dic̄
ei ihesus. Noli me tāgere. Nōduꝫ
eīm aſcendi ad patreꝫ meū. Vade
autē ad frēs meos ⁊ dic eis. Aſcē
do ad p̄rem meū ⁊ p̄reꝫ veſtꝝ: deū
meū ⁊ deū veſtꝝ. Venit maria ma
gdalene ānūtians diſcipul' ꝙ vi
di dn̄m ⁊ hec dixit m̄. Cū g̊ ſero eſ
ſet die illo vna ſabbatoꝝ ⁊ foēs
eēnt clauſe vbi erāt diſcipli ꝯgre
appa' 2° diſcipl' gati ꝓpt̄ metuꝫ iudeoꝝ: venit ihs ⁊
ſtetit i medio ⁊ dixit eis. Pax vo
bis. Et cū hec dixiſſꝫ: oſtēdit eis ma
n⁹ ⁊ latus. Gauiſi ſūt g̊ diſcipuli:
viſo dn̄o. dixit g̊ eis iterū. Pax vo
bis. Sicut miſit me pr̄ et ego mitto
vos. Hec cū dixiſſꝫ iſufflauit ⁊ dic̄
eis. Accipite ſpm̄ſcm̄ Quoꝝ remi
ſeritis pctā remittūt̄ eis ⁊ quoꝝ reti
nueritis retēta ſūt Thomas autē
vn⁹ ex duodecī q̄ dicit̄ didim⁹ nō
erat cū eis qn̄ venit ihūs. dixerūt
ergo ei alij diſcipuli. Vidim⁹ do
minū. Ille aūt dixit eis. Niſi vide
ro in manib⁹ eius fixurā clauoꝝ

⁊ mittā digitū meū in locū clauo
rū ⁊ mittam manū meā in latus
eiꝰ: nō credā. Et poſt dies octo ite
rū erant diſcipuli eiꝰ intus ⁊ tho
mas cū eis. Venit iheſus ianuis
clauſis ⁊ ſtetit ī medio ⁊ dixit eis
Pax vobis. Deinde dic̄ thome. In
fer digitū tuū huc ⁊ vide manus
meas ⁊ affer manū tuā ⁊ mitte ī
latus meū ⁊ noli eē incredulus ſꝫ
fidelis. Rn̄dit thomas ⁊ dixit ei.
Dn̄s meꝰ ⁊ deus meꝰ. Dic̄ ei ih̄us
Quia vidiſti me thoma credidiſti
beati qui nō viderūt ⁊ crediderunt
Multa quidē ⁊ alia ſigna fecit ihe
ſus in ꝯſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ q̄
nō ſunt ſcripta in libro hoc. Hec
aūt ſcripta ſunt ut credatis quia
iheſus ē filiꝰ dei ⁊ ut credētes vitā
habeatis ī noīe eiꝰ. ¶ Ca. xxi.

Poſtea manifeſtauit ſe iterū
ih̄s ad mare tiberiadis. Ma
nifeſtauit autē ſic. Erant ſimul ſy
mon petrus ⁊ thomas qui dr̄ di
dimꝰ et nathanael q̄ erat a cha
na galilee ⁊ filij zebedei ⁊ alij ex
diſcipulis eiꝰ duo. Dic̄ eis ſymō
petrus. Vado piſcari. Dicūt ei. Ve
nimꝰ ⁊ nos tecū Et exierūt ⁊ aſcē
derunt ī nauim ⁊ illa nocte nihil
prendiderūt. Mane autē facto ſte
tit ih̄us in littore. nō tn̄ ꝯgnoue
runt diſcipuli q̄a iheſus eſt. Dicit
ergo eis ih̄s. Pueri nūquid pul
mentariū habetis. Rn̄derūt ei. n̄
Dic̄ eis. Mittite ī dexterā nauigij
rete ⁊ inuenietis. Miſerūt ergo ⁊
iam nō valebant illud trahere p̄
multitudine piſciū. Dic̄ ergo diſci
pulus ille quē diligebat ih̄us pe
tro. Dn̄s eſt. Symō petrus cū au
diſſet qꝛ dn̄s ē tunica ſuccinxit ſe
erat eñ nudꝰ ⁊ miſit ſe in mare.
Alij autē diſcipuli nauigio vene
runt. Nō eñ longe erāt a terra. ſꝫ
quaſi cubitis ducentis trahentes
rete piſciū. Vt ergo deſcenderūt in
terrā viderunt prunas poſitas ⁊
piſcē ſuppoſitū ⁊ panē. Dicit eis
iheſus. Afferte de piſcibus quos
prendidiſtis nūc. Aſcēdit ſymō
petrus ⁊ traxit rete in terrā plenū
magnis piſcibus centūquinqua
gintatribꝰ. Et cū tanti eēnt non ē
ſciſſum rete. Dic̄ eis ih̄us. Venite
prādete. Et nemo audebat diſcū
bentiū interrogare eū tu quis es
ſcientes qꝛ dominus eſt. Et venit
ih̄us ⁊ accepit panē ⁊ dabat eis
⁊ piſcē ſimilr̄. Hoc iam tercio ma
nifeſtatus ē iheſus diſcipul' ſuis.
cū reſurrexiſſet a mortuis. Cū ergo
prandiſſꝫ dixit ſymoni petro ihe
ſus. Symon iohannis diligis me
plus hijs. Dic̄ ei. Etiā dn̄e tu ſcis
q̄a amo te. Dicit ei. Paſce agnos
meos. Dicit ei iterū. Symon iohā
nis diligis me. Ait illi. Etiā dn̄e
tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce
agnos meos. Dic̄ ei tercio. Symō
iohānis amas me. Cōtriſtatus
eſt petrus qꝛ dixit ei tertio amas
me ⁊ dic̄ ei. Dn̄e tu omnia ſcis. tu
ſcis qꝛ amo te. Dicit ei paſce oues
meas. Amen amen dico tibi. cū
eēs iunior cingebas te ⁊ ambula
bas vbi volebas. Cū autē ſenue
ris extendes manꝰ tuas Et aliꝰ te
cinget ⁊ ducet q̄ tu non vis Hoc
autē dixit. ſignificans qua morte
clarificaturꝰ eſſet deū. Et cū hoc di
xiſſet dic̄ ei ſequere me. Cōuerſus
petrꝰ vidit illū diſcipulū quē di
ligebat ih̄s ſequētē q̄ ⁊ recubuit

in cena ſup pectus ei⁹ et dixit. dn̄e
quis eſt qui tradet te. Hūc ḡ cum
vidiſſet petrus: dicit ih̄u. dn̄e: h
aūt quid? Dicit ei ih̄us. Sic eum
volo manere: donec veniaꝫ. Quid
ad te? Tu me ſequere. Exiuit ēgo
ſermo iſte int̄ fratres. qꝛ diſcipu
lus ille nō morit̄. Et nō dixit ihe
ſus non morit̄. ſed ſic eū volo ma
nere donec veniā: quid ad te? Hic
ē diſcipulus ille qui teſtimoniuꝫ
phibet de hijs ⁊ ſcripſit hec. Et ſci
m⁹: quia verū eſt teſtimoniū ei⁹.
Sunt autē ⁊ alia multa que fecit
ih̄us que ſi ſcribant̄ per ſingula
nec ip̄m arbitror mundū capere
poſſe eos qui ſcribendi ſūt libros.

Explicit euāgeliū ſcd̄m Johā
nē. Incipit p̄fatio ſcī Jheroni
mi in oēs ep̄las ſcī Pauli.

PRimū querit̄: q̄re poſt
euangelia q̄ ſupplemē
tū legis ſūt ⁊ in quib⁹
nob̄ exēpla et p̄cepta
viuendi pleniſſime digeſta ſunt
voluerit ap̄lus has ep̄las ad ſin
gulas eccl̄ias deſtinare? Hac aūt
cauſa factū videt̄: ut ſcilicet initia
naſcētis eccl̄ie nouis cauſis exiſtē
tib⁹ p̄ueniret ⁊ ut p̄ntia atq₃ oriē
tia reſecaret vitia et poſt futuras
excluderet q̄ſtiōes exēplo ꝓphaꝝ
q̄ poſt editaꝫ legē moyſi in q̄ oīa
dei mandata legebant̄. nihilomi
n⁹ tn̄ doctrina ſua rediuiua ſemp
populi ɔpreſſere peccata ⁊ ꝓpt exē
plū viuendi libros ad noſtram
etiā memoriā tranſmiſerūt. Dein
de querit̄: cur nō amplius q̄ decē
epiſtolas ad eccl̄ias ſcripſerit. De
cem ſunt eñ cū ea que dicit̄ ad he
breos. naꝫ relique quatuor ad di
ſcipulos ſpecialit̄ ſūt porrecte. Ut
oñderet nouū nō diſcrepare a ve
teri teſtamento ⁊ ſe ɔtra legē nō
facere moyſi. ad numeꝝ primoꝝ
decalogi mandatorū ſuas ep̄las
deſtinauit ⁊ quot ille preceptis a
pharaone inſtituit liberatos: toti
dē ep̄lis a dyaboli ⁊ ydolatrie ſer
uitute edocet acquiſitos. Nā ⁊ du
as tabulas lapideas: duoꝝ teſta
mētorū figurā habuiſſe: viri eru
ditiſſimi tradiderunt. Epiſtolā ſa
ne que ad hebreos ſcribit̄ quidā
pauli nō eē affirmant eo q̄ non
ſit eius nomīe titulata ⁊ ꝓpter ſer
monis ſtiliq₃ diſtātiaꝫ. ſ₃ aut bar
nabe iuxta tertullianum aut luce
iuxta quoſdā vel certe clementis
diſcipuli ap̄loꝝ ⁊ epiſcopi roma
ne eccl̄ie poſt apoſtolos ordinati.
Quibus reſpondendū ē. ſi ꝓpterea
pauli nō erit q̄a ei⁹ nō habet no
mē: ergo nec alicuius erit. qꝛ nul
li⁹ nomine titulat̄. Qd̄ ſi inconue
niens abſurdūq₃ eſt: ip̄i⁹ magis
eē credēda ē que tāto doctrine ſue
fulget eloquio. Sed qm̄ apud he
breorū eccl̄ias q̄ſi deſtructor legis
falſa ſuſpitione habebat̄: voluit
tacito nomine de figuris legis et
veritate criſti reddere ratiōem: ne
odiū nominis fronte prelati: vti
litatē excluderet lectionis. Nō eſt
ſane miꝝ ſi eloquentior videat̄ in
ꝓprio ideſt hebreo q̄ in p̄egrino
ideſt in greco: quo cetere epiſto
le ſūt ſcripte ſermone. Mouet eti
am quoſdam quare romanoꝝ
epiſtola in primo ſit poſita: cū eā
nō p̄mo ſcriptā ratio manifeſtet